

www.e-rara.ch

De dysenteria theses

Pincier, Johannes

Basileae Rauracorum, 1582

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-168>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE DYSEN- TERIA THESES,

*Ad quas, Deo Opt. Max. auxiliante, consensu am-
plissimi Medicorum ordinis, in celeberrima Basi-
liensium Academia, summa in arte medica
Laurea consequenda gratia, re-
spondere conabitur*

IOHANNES PINCIERVS VETERA-
nus Hassus.

*Disputabuntur ad III. Calend. Octobris loco
& hora consuetis.*



BASILEAE RAVRACORVM, EX OFFICI-
na Bryllingeriana, Anno à Christo nato
C13. 13. XXII.



DEPT. OF THE INTERIOR

THE BUREAU OF LANDS

WASHINGTON, D. C.

OFFICE OF THE ASSISTANT SECRETARY

FOR THE BUREAU OF LANDS

WASHINGTON, D. C.

RECEIVED

APRIL 10 1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900

1900



DE DYSENTERIA

THESIS I.

CRuenta per aluum excretionis, præter eam, quæ per hæmorrhoidas aut intestinorū uulnera accidit, quatuor à Medicis recensentur species, quas vulgò sub dysenteria nomine tanquam genere comprehendunt. Earum tres improprie sic appellantur, una verò proprie.

II.

Improprie dictarum prima est, cum sanguis nimia sui copia naturam grauans, per uenas mesaraicas ab expultrice facultate irritata propellitur & inde per aluum excernitur. Qualis quandoque fieri solet post cruris aut brachij amputationem, vel consueta aliqua vacuatione, ut mensibus, aut hæmorrhoidibus, suppressa.

III.

Alterà huic similis est, unde & à nonnullis sub priore comprehenditur. Verum hoc differt, quòd illius causa sit sanguinis copia: huius autem eiusdem ob bilis admixtionem acrimonia, qua venarum orificia in intestina desinentia reserantur.

IIII.

Tertia retentricis & alteratricis in epate & uenis mesaraicis

raicis facultatis imbecillitatem sequitur, ob quam sanguis semicoctus in intestina refluit, ex quibus loturae carniū recens mactatarum similis per anum egeritur. Vulgò fluxum epaticum vocant.

V.

Verum nobis, iam enumeratis tribus dysenteriae speciebus relictis, de quarta & propriè sic appellata propositum est disputare.

VI.

Ea autem duobus modis sumitur, quandoque pro symptomate, quo nomine etiam inter cruentae excretionis species refertur: quandoque pro morbo, & tunc genus habet in soluta unitate.

VII.

Est autem propriè dicta dysenteria, quatenus pro symptomate sumitur, cruentum primum & ramentosum, et tandem purulentum alui profluvium cum dolore & morsu intestinorum ulceribus superueniens.

IIIX.

Quatenus ut morbus consideratur, est ipsamet intestinorum exulceratio, quae eiusmodi alui profluvij causa existit.

IX.

Externae huius morbi causae sunt mordacia & vehementer

ser purgantia medicamenta, fructus & cibi acres, potus item
acris, cruditates & si quæ sunt eiusmodi. Quibus adde illas
anni temporum & aeris constitutiones, quas Hippocrates in
lib. de aere, aquis & locis & 3. Aphorismorum passim enarrat.

X.

Interna causa est acris & mordax aliqua materia vel bi-
lus flava vel atra adusta vel pituita salsa, quibus omnibus ero-
dendi facultas inest. His & pus acre undecunque in intestina
delatum accenseri potest.

XI.

Incipiente dysenteria primum ægri mucosum quippiam
(quod pinguedinē nonnulli putarūt) deinde temporis progressu
ramenta tenuia ex intestinorum superficie derafa, & tandem
maiora intestinorum substantiæ frustula excernunt, plerunq;
cum sanguine, ad extremum etiam cum pure & crustulis: idq;
cum torsione ventris, morfu & crebro egerendi desiderio,

XII.

Cum verò hic affectus ab acri materia fiat, necessariò e-
um intestinorum dolores præcedunt, quos vigilie & a-
nimi deliquia viribus iam labefactatis consequuntur. Su-
perueniunt etiam sitis, cibi fastidium & febris non-
nunquam.

XIII.

Externarum causarum quam præcesserit, partim ex ægri & astantium relatione, partim aeris & cæli constitutione intelligi poterit.

XIII.

Internæ, si quidem humores sint acres aut falsi, facile ex ægri temperamento, victus ratione prægressa & eorum, quæ egerûtur, contemplatione patescit. Pus, si in causa sit, mox initio profluit, post sanguinis & ramentorum excretio sequitur.

XV.

Cum verò ad curationem rectè instituendam plurimum intersit scire, vtrum inferiora an superiora intestina sint exulcerata, id signis à Galeno 6. de loc. aff. 5. positis dignoscitur.

XVI.

Quod si itaq; sanguis, qui excernitur, excrementis omninò permixtus sit, indicio est in superioribus vlcus esse. Sin supernatet, in inferioribus. Idem de ramentis & crustulis iudicium esto.

XVII.

His & dolorem adde, qui à loco affecto nunquàm discedit.

XVIII.

In longis dysenterijs cibi fastidium malum, & cum febre peius 6. Aph. 3.

Crassa

XIX.

Crassa intestina sanatu facilia sunt, contrà difficilia, quæ tenuia sunt. Ieiunum autem omninò est incurabile, tum propter magnitudinem multitudinemq; vasorum, tum, quòd tunica eius neruosa & prætenuis sit. Galen. 6. Methodi.

XX.

Intestina citra ullam auxilij spem exulcerantur ab atra bile, à flaua autem difficulter curationem admittunt. Galen. de atra bile. Hippoc. 3. Aph. 24.

XXI.

Medium locum obtinet exulceratio à pituita salsa indurata, non quòd ea bile sit mordacior, sed quòd non ut illa velut transeundo, verùm magis ob lentorem diutius adherendo arrodatur.

XXII.

A quacunque autem causa morbus factus sit, si eousque peruenerit, ut frustula quedam, & maiuscula intestinorum substantia ramenta excernantur, spes sanandi per exigua aut potius nulla superest.

XXIII.

In curatione tria spectanda, ut causa auferatur, ut morbo subueniatur, ut symptomata nimis infestantia mitigentur.

XXIII.

Perficiuntur hæc partim victus ratione conuenienti, partim medicamentis: partim, si res Venæ sectionem postulet, Chirurgia.

XXV.

Ad victus rationem quod attinet, cibus sit coctus facilis & euechymus. Potus sit aqua, in qua bullierint medicamenta leuiter astringentia. Aquam, in qua chalybs vel ferrum sit extinctum, multi commendant. Vinum etiam in magna virium deiectione conceditur, imprimis verò rubrum. Acris & salsa omnia sunt aliena.

XXVI.

Aër pro qualitate causæ attemperetur Somnus concilietur & quies. Vigiliæ nocent. Ab agitatione & motu diligenter abstinendum.

XXVII.

Conuenienti victus ratione instituta & externis causis remotis interna quoque auferenda.

XXVIII.

Quapropter si corpus sit plethoricum, Venæ sectio inter iniuria, & quandiu vires constant, non est auersanda.

XXIX.

Humores, acres si exulcerationis causa sint, in tempore euacuandi

cuandi, ita tamen ut Syrupis accommodatis prius attem-
perentur.

XXX.

Euacuatio fiat medicamentis mitibus, quæ interim aliquid
astrictionis post se relinquant: cuiusmodi sunt Rhabarbarum,
Myrobalani, Agaricus, &c. Vehementia autem ut Scam-
monium, Colocynthis, & si quæ sunt eiusmodi, vitentur.

XXXI.

Per aluum autem Enemata abstergentia, ad materiam
tenacem & lentam ex intestinis eluendam, iniecta profunt.

XXXII.

Corpore iam purgato astringentibus Venter roborandus:
in quem vsus intra corpus dari possunt Syr. Myrtinus, de A-
gresta, Miua Cydoniorum, Conserua Symphyti, Tormetilla,
Plantago. Extrinsecus emplastra itidem ex astringentibus cõ-
posita applicentur. Per aluum etiam clysteres ex similibus fa-
cti immittantur.

XXXIII.

Hic verò sedulò cauendum, ne intempestiuo eorum vsu
vitiosos humores in corpore retineamus, qui postea aut recide-
re, aut alium deteriorem morbum inuehant.

XXXIII.

Pus acre, si aliunde in intestina affluens exulcerationi occasiõem
præbeat,

præbeat, ne diu hæreat, promouendum et Vlceri, unde fluit, æ
commodata vel supernè vel infernè, prout locus affectus re-
quirit, adhibenda.

XXXV.

Morbus ipse, quoniam exulceratio est, initio detergendi fa-
cultate prædita medicamina postulat: quibus in augmento con-
solidantia admisceantur. In declinatione sola consolidantia lo-
cum habent. Singulorum exempla hîc enumerare longum
feret.

XXXVI.

Ea verò, prout vel in superioribus vel inferioribus vlcus
consistit, remedia, in illis quidem per os sumpta, in his verò per
alium iniecta maximè requirit.

XXXVII.

Quòd si symptomata vt dolor & vigilia nimis urgeant,
ad anodyna & soporifera confugiendum. Quæ cum præ-
ter rationem adhibita plus noceant, quam prosint, summa
cautione administranda.

F I N I S.





